

toris academiae artium Pragensis, fuso pretio 2000 fl. et 24 ducatorum. Küchl etiam duos magnos angelos cum amphoris in erectis manibus, qui ad altaris mensam in fundamentis starent et duos alios, qui in tumba genuflexi triuni Deo signum in medio adorarent, ex ligno pro 4538 fl. et 45 duc. confecit. Solus deaurator Klinkosch accepit pro tumbae deuratione 270 ducatos. In fundamentis angelorum incisa erat inscriptio: "Lipsana norberti DIVI SIC MILO Coronat. — tranfertUr e MeDio eCCLesIae a filiis slon". Totus apparatus novi sepulchri 23.522 fl. et 352 duc. constabat.

In summo altari reliquiae s. Patris tantum usque ad annum 1873 manserunt, quando abbas Adalbertus Hron ad archiepiscopalis consistorii votum, ne corpora sanctorum in summo altari collocarentur, occasione renovationis ecclesiae Strahoviensis eas in lateralem capellam s. Ursulae transtulit, ad quem finem maius altare s. Ursulae et reliquias eius cum sodalibus ad minus altare ibidem transponi iussit. Loco duorum angelorum triuni Dei signum adorantium alii duo minores a statuaria Capek sunt impositi, qui numisma maius tenent cum inscriptione: "*Sancto Patri Norberto*". Ad maiorem s. Patriarchae sepulchri decorem a. 1889 fenestra coloribus picta accessit cum imagine s. Norberti, ad cuius pedes canonicus et soror monialis ordinis Praemonstratensis Sanctissimum ab angelis in caeli nubibus elevatum adorant. Fenestram hanc donavit capitularis Strahoviensis Thaddaeus Kotzura, emer. director realium scholarum in Liberec pretio 1000 fl.

Memoratu adhuc dignum, quod sub tumba s. Norberti conspicitur scriniolum ex marmore nigro confectum, in quo iuxta votum repositum est conditum cor ultimi abbatis Generalis Ordinis in Gallia post monasterii Praemonstratensis eversionem, ut inscriptio prodit: "Cor Reverendissimi ac Amplissimi Domini Ioannis Baptistae L'Ecuy, Doctoris Sorbonici et ultimi abbatis Generalis Ordinis Praemonstratensis, nati 3. Iulii 1740 in Casignan Luxemburgico, defuncti 22. Apr. 1834 Parisiis, in Gallia. Posuit Hieronymus Iosephus Zeidler, abbas Sioneus ao. 1835".

Strahov.

Cyrillus STRAKA, prior.

* * *

LES MS. DES VIES DE SAINTS A SAINT-FEULLIEN DU RŒULX

Parmi les quelques feuilles éparses, que les archives de l'abbaye de Tongerloos conservent encore comme souvenir de l'hospitalité

accordée jadis par le monastère, à l'œuvre des bollandistes, nous avons trouvé un double feuillet, d'une écriture du XVII^e siècle, relatant la liste des "*Vitae*" conservés à l'abbaye de St.-Feuillen-du-Rœulx ¹⁾).

Il s'agit sans doute aucun de la page d'annotations prises par Papebroch ou par quelque successeur immédiat, lors de leurs investigations à la bibliothèque de l'abbaye prémontrée. Comme chaque indication de *Vita* comporte son *incipit*, cette liste n'est pas sans intérêt pour l'hagiographie, et montre en même temps la méticulosité avec laquelle fut entreprise la recherche des sources manuscrites des vies de saints.

Tongerloo.

A. ERENS, O. Praem.

Catalogus vitarum MStarum in S. Foillano apud Rhodium.

Prologus vitae S. Foillani prosa descripte. — *Inc.* : Rogatus et instanter rogatus.

Vita ejusdem. — *Inc.* : Ut vita martyris de quo me loqui, etc.

Titulus ante prologum vite carmine descripte. — *Inc.* : His ita libellis (?) libet insinuare notatis, etc.

Prologus. — *Inc.* : Quo dictante mihi levis fuit ira magistri, etc.

Vita Foillani. — *Inc.* : Presul Foillanus Martyrque, etc.

Vite B. Augustini Hypponensis episcopi prologus. — *Inc.* : Aspirante et adjuvante S. Spiritus, etc.

Vita S. Augustini episcopi. — *Inc.* : Augustinus Thagastensi natus in oppido honesta prosapia, etc.

Vite B. Gilleni confessoris prologus. — *Inc.* : Sancti qui de huius carnis ergastulo lege mortalium sunt educti, etc.

Vita B. Gilleni confessoris. — *Inc.* : Auctor rerum omnium Deus, qui nihil, etc.

Vite S. Monegundis prologus. — *Inc.* : De vita et conversatione sancte Monegundis, etc.

Vita S. Monegundis. — *Inc.* : Conditor igitur humani generis, etc.

Vite S. Arnulphi episcopi et martyris prologus. — *Inc.* : Cleros quos secularis discipline philosophos maius glorie favor ad scrib., etc.

Vita S. Arnulphi. — *Inc.* : Igitur beatissimus Arnulphus nobiliss., etc.

1) Archives de l'abbaye de Tongerloo : Dossier : *Vitae sanctorum*, II.

Vita Remacii almi pontificis, quod est tertio nonas septembris. — *Inc.* : Cum sit studium gentiliū sua figmenta, etc.

Vite B. Algisi prologus. — *Inc.* : Que de vita virtutibus beatissimi ac precellentiss., etc.

Vita B. Algisi. — *Inc.* : Magnifica omnipotentis Dei opera, etc.

Vite S. Pecime virginis prologus. — *Inc.* : Egregie sanctarum dilucidare triumphos, etc.

Vita S. Pecime. *Inc.* : Nobilissima ergo Christi virgo Pecima, etc.

Vite S. Salvii episcopi et martyris prologus. — *Inc.* : Domino Hugoni ecclesie sancti Salvii venerando, etc.

Vita S. Salvii. — *Inc.* : B. itaque Salvius sicut in iudicio, etc.

Vita S. Cyprani. — *Inc.* : Sub imperatore Diocletiano in civitate, etc.

Passio sanctorum Cypriani et Justine. — *Inc.* : Cum completi fuissent prehabiti sermones et, etc.

Vita S. Catherine virginis. — *Inc.* : In urbe Alexandrinorum erat quedam puella, etc.

Vita S. Bernardi primi Clarevallensis abbatis auctore domino Rolelmo (?) abbate S. Teoderici. Prologus. — *Inc.* : Scripturus vitam . . . ad honorem nominis tui, etc. — Vita, *Inc.* : Bernardus Castellia in Burgundie oppido, etc.